Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



vj

fortitudine potentie: et brachium
eius dominabitur. Ecce merces eius
cum eo: et opus illius coram illo.
Sicut pastor gregem suum pascet:
in brachio suo congregabit agnos. et in sinu suo levabit eos.
dns deus nr. Gē. Oremus deus virtutum converte nos et ostende faciem
tuam et salvi erimus. ℣. Exerce domine potentiam tuam et veni ut salvos facias
nos. Oratio. Da quesumus omnipotens deus. ut filii tui venturi sol
lemnitas. et primus nobis vite remedia conferat. et premia
eterna conferat. Qui te. Lectio
Hec dicit dns. ysaie prophete.
Respice in me et miserere mihi. ut videam
ante faciem eius gemitus. et dolorem
regni veritatis. et aperiam coram
eo labia mea. et porte non claudantur.
Ego ante te ibo: et gloriosos terre
humiliabo. Portas ereas conteram: et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros
absconditos: et archana secretorum. ut scias quia ego dns: qui
vocavi nomen tuum deus israel.
Propter servum meum iacob: et israel
electum meum. Et vocavi te nomine
tuo: assimilavi te. et non cognovisti me. Ego dns: et non est
amplius. Exceptis me: non est deus.
Accinxi te: et non cognovisti
me. ut sciant hi qui ab ortu solis. et qui ab occidente quia absque me non est deus. Ego dns: et
non est alter. Formans lucem: et
creans tenebras. Faciens pacem:
et creans malum. Ego dns. faciens
omnia hec. Rorate celi desuper et
nubes pluant iustum. aperiatur
terra et germinet salvatorem. Et
iustitia oriatur simul. Ego dns.
creavi eum. Gē. Exerce domine potentiam tuam et veni ut salvos facias
nos. ℣. Qui regis israel intende qui
deducis velut ovem ioseph q' sedes
super cherubim appare coram effraym
beniamin et manasse. Oratio.
Precor populi tui quesumus domine
deprecantur exaudi. ut qui
iuste pro peccatis suis affliguntur.
pietatis tue visitatione con
solentur. Qui cum. Lectio danielis
In diebus illis. Angelus prophete.
dni descendit cum azaria et socios
eius in fornace: et excussit flam
mam ignis de fornace. et fecit me
dium fornacis quasi venentum ventus
flantem. Flamma autem diffusa est
super fornacem cubitis quadraginta
novem. et incendit quos repe
rit iuxta fornacem de caldeis ministros regis qui eam incendebat.
Illos autem non tetigit omnino
ignis neque contristavit: nec quid
quam molestie intulit. Tunc hy
mnum quasi ex uno ore laudabant
et glorificabant et benedicebant
deum in fornace dicentes. ymnus.
Benedictus es domine deus patrum
nostrorum. Et laudabilis et gloriosus
in secula. Et benedictum nomen glorie